OFFICIUM CAPITULI

Klosterneuburg, 15. Jh. Seite 21r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1028
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

21

sciat vel apud se scriptum, ne
obliuioni tradatur habeat. De
cimarum quoque fructus et alios red
ditus et census emolumenta
vindemiasque debeantur colligat.
Omnia quoque que super hiis sunt ne
cessaria pro se et familiares sub
consilio superioris prouideat et di
sponat. Hic itaque cui cura curam
temporalium prestancior post pre
latum fore censeatur. singula
ad eius officium spectancia vi
gilanti cura et debita solici
tudine perficiat. Registra vero
siue cartas possessionum et iu
rium omnium quorum ex superioris ius
su curam gerit, in loco securo et
munito in sua potestate habeat
ut ex hiis et redditus et obuen
ciones possessionum et rerum pre
dictarum, aliaque iura ecclesie, sue
cure superioris disposicione com
missa agnoscat ne per obliuio
nis incuriam rerum suarum ecclesia siue
monasterium iacturam senciat
vel paciatur. Preterea et illi qui or
dinacione prelati curam super omnibus
animalibus et bestiis vsui mona
sterio intus vel extra ministrancium
necessariis vniuersis armentis

eorumque pastoribus ac familiaribus
et in hiis que illis necessaria sunt
rector et custos deputatus est.
si superior mandauerit superinten
dat, et fructus exinde prouenien
tes siue precium quod ex illis recipi
vel haberi contigerit in debitos
fratrum et ecclesie vsus expendendos
vel reseruandos suscipiat. De ma
gistro coquine siue cellerario. xlii

Sub custodia cellerarii atque
cura redigantur, atque per eun
dem dispensentur cuncta fratrum
esui et potui necessaria cum omnibus
vasis et utensilibus que sunt hiis
reponendis vel preparandis neces
saria. Hic non sit plus debito
largior vel tenacior. Stipendiaque
fratrum fideliter et vigilanti cura
dispenset. In exhibendo danda
non verborum asperitatem, non tardi
tatem, vel rei dande diminucio
nem, non dilacionem supervacuam
non vultum turbidum vel toruum fri
bus vel aliis inadministrando o
stendat. Sed pocius dulcis ap
parere velit, et dator hylaris.
venientes quoque ad se placide reci
piat. Et cuique prout opus viderit
subministret, eosque dulcius ver